

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Rursus de ecclesia quae Bethlehem & in monte oliuarum construsta est.
Cap. XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

tis afferebant, repperisset, ea magnifico apparatu, sumptuque cohonestare instituit. Ac primum illud, in quo primum seruator noster diuini numinis virtute in carne apparuit, honoribus decenter affectit: deinde alterum, quod fuit eius in cœlos ascensionis monimentum, in summo montis vertice situm, præclaris ornamentis illustravit. Atque ista tam splendide decorauit loca, quo matris suæ memoriam, quæ tantum benignitatis hominum vitæ detulisset, immortalitati commendaret.

*Imperatrix Helena Constantini mater profecta Bethlebens
orandi causa, has ecclesias fabricari curauit.*

CAP. XL I.

Illa enim, cum Deo hominum gubernatori debitū pietatis & affectionis munus impertire in animo habebat, & pro filio suo, tanto & tam præclaro imperatore, proq; liberis eius Cæsaribus Deo charissimis, suis ne-
potibus gratias per preces agendas esse putaret, & tate iā
ingrauelcente, singulari quodam cōsilio & prouida ani-
mi cogitatione vereque regia adducta, properè, instar
adolescentulæ venit, tum sacro sanctam terram oculis lu-
stratura, tum gentes orientem incolentes, plebemq; pa-
riter ac populi multitudinem conspectura. Ac postea
quā locis, in quibus seruatoris erant impressa vestigia,
debitam venerationem adhibuerat, idque conuenienter
prophetico sermone dicenti (adorabimus in loco ubi
steterunt pedes eius) pietatis suæ monumenta, qui-
bus post se relictis, posteris hominibus prodestet, statim
fabricari aggreditur.

Psal. 132.

*Rursus de ecclesia quæ Bethlehem & in monte olivarium con-
struxa est.* CAP. XL II.

Nam deo, quem adorauerat, duo dicauit templum:
quorum alterū edificauit in monte, ubi ascenderat,
alterum ad obscurum illud antrum nativitatis eius.
Etenim nobiscum Deus in terris nasci (locus autem il-
lius nativitatis proprio nomine apud Hæbreos Be-
thlehem appellatur) pro nobis sustinuit: ac propterea
impe-

EVSEBII DE VITA

imperatrix sanctissima Deiparæ partum eximia monimentis exornare, & sacrum illud antrum variis cuiusq; generis insignibus illustrare studuit. Imperator autem paulo post eundem locum ornamentis regalibus honore, & monimentis ex auro & argento, variis aulæis matris suæ magnificentiam adaugere cœpit. Rursum eius mater quò omnium nostri seruatoris in cœlos ascensionis memoriam celebraret, excelsa quædam ædificia in monte Oliuarum extruere parat: ac primum in summo totius montis vertice sanctuarium ecclesiæ Dei erexit, templumque inferius, etiæ ex ædificauit in eo ipso antro, in quo ut vera & sacrata Dei testantur eloquia, discipuli & apostoli à seruatore omnium arcanis mysteriis initiati fuerunt. Imperator quoque ibidem variis monumentis & insignibus regem magnum Deum, veneratus est. Ista igitur duo templo, memoria perpetua celebranda, augusta, & eximia in duobus obscuris quasi antris & mysticis, Helena Augusta pii Imperatoris pia mater, suæ pia mentis tanquā indicia, deo seruatori fundauit, filio suo ei opere regiam suam potentiam & autoritatem porrigente. Itaque illa, neque adeo multo post, præmia digna laboribus reportauit. Nam cum iam planè grandis esset, inq; omnium bonorum affluentia, omne vitæ suæ tempus ad extremam usque senectutem obiisset, & tum verbis, tum rebus ipsis veros pietatis fructus, quos præcepta seruatoris præscribunt, extulisset, atque ita vitam suam florem & expertem cuiusq; molestiæ, valéti corporis simul & animæ virtute transfigisset, deinceps eximum pietatis suæ exitum, & præclaram recte factorum à Deo remunerationem, etiam in hac vita consecuta est.

De excelsa animi magnitudine & beneficentia Helena.

CAP. XLIII.

Porrò autem dum regiarum episcopatu magnificencia instructa, omnem orientem peragrat, cum uniuerso populo quasque ciuitates incolenti simul, tum priuatum singulis eorum, qui ad ipsam accedebant, infinita munera largita est. Infinita etiam ordinibus militibus, quasi plena manu distribuit. Quæ vero pauperibus, omnibus rebus nudatis, omniq; ope & auxilio destitutis di-

Nota præmium, sci licet filii prosperitatem.